

Band III., Nr. 676, Seite 152-154

Papst Honorius III. nimmt das Zisterzienser-Nonnenkloster Rottenmünster mit dessen Besitz in seinen Schutz und verleiht ihm näher angegebener Begünstigungen.

Lateran, 1224. Mai 9.¹

Honorius episcopus, servus servorum dei, dilectis in Christo filiabus, abbatisse Rubei Monasterii eiusque sororibus, tam presentibus quam futuris regularem vitam profitentibus, in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Ea propter, dilecte in Christo filie, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum monasterium, in quo divino estis obsequio mancipate, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum deum et beati Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascunque possessiones, quecumque bona idem monasterium impresentiarum iuste ac canonice possidet, aut in futurum, concessione pontificum, largicione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma vobis et eis que vobis successerint et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus vocabulis exprimenda: locum ipsum in quo prefatum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis, cum pratis, vineis, terris, nemoribus, usuagiis et pascuis, in bosco et plano, in aquis et molendinis, in viis et semitis, et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. Sane laborum vestrorum de possessionibus habitis ante concilium generale, ac etiam novallium, que propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de ortis et virgultis et piscationibus vestris, vel de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis liberas et absolutas personas e seculo fugientes ad conversionem recipere et eas absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli sororum vestrarum post factam in monasterio vestro professionem fas sit sine abbatisse sue licentia de eodem loco discedere. Discedentem vero absque communium litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Illud districtius inhibentes, ne terras seu quodlibet^a beneficium ecclesie vestre collatum liceat

^aIm Original *quodlibet*, die beiden anderen Abschriften lesen *quodlibet*.

¹Die Urkunde war im Württembergischen Urkundenbuch zunächst auf das Jahr 1225 datiert, doch handelte es sich dabei um einen Druckfehler.

II

alicui personaliter dari sive alio modo alienari absque consensu totius capituli vel maioris aut sanioris partis ipsius. Si que vero donationes vel alienationes aliter quam dictum est facte fuerint, eas irritas esse censemus. Insuper auctoritate apostolica inhihemus, ne ullus episcopus vel quelibet alia persona ad synodos vel conventus forenses vos ire vel iudicio seculari de vestra propria substantia vel possessionibus vestris subiaccere compellat. Nec ad domos vestras causa ordines celebrandi, causas tractandi vel aliquos conventus publicos convocandi venire presumat, nec regularem electionem abbatisse vestre impediatur, aut de instituenda vel removenda ea que pro tempore fuerit, contra statuta Cisterciensis ordinis se aliquatenus intromittat. Pro consecrationibus vero altarium vel ecclesiarum, sive pro oleo sancto, vel quolibet ecclesiastico sacramento nullus a vobis, sub obtentu consuetudinis vel alio modo, quicumquam audeat extorquere, sed hec omnia gratis vobis episcopus diocesanus impendat. Alioquin liceat vobis quemcumque malueritis catholicum adire antistitem, gratiam et communionem apostolice sedis habentem, qui, nostra fretus auctoritate, vobis quod postulatur impendat. Quod si sedes diocesani episcopi forte vacarit, interim omnia ecclesiastica sacramenta a vicinis episcopis accipere libere et absque contradiccione possitis, sic tamen ut ex hoc in posterum propriis episcopis nullum preiudicium generetur. Quia vero interdum priorum episcoporum copiam non habetis, si quem episcopum, Romane sedis, ut diximus, gratiam et communionem habentem, et de quo plenam noticiam habeatis, per vos transire contigerit, ab eo benedictiones vasorum et vestium, consecraciones altarium, benedictiones monialium auctoritate apostolice sedis recipere valeatis. Porro si episcopi vel alii ecclesiarum rectores in monasterium vestrum vel personas inibi constitutas suspensionis, excommunicationis vel interdicti sententiam promulgaverint, sive etiam in mercenarios vestros, pro eo quod decimas, sicut dictum est, non persolvitis, sive aliqua occasione eorum que ab apostolica benignitate vobis indulta sunt, seu benefactores vestros, pro eo quod aliqua vobis beneficia vel obsequia ex caritate prestiterint, vel ad laborandum adiuverint in illis diebus in quibus vos laboratis et alii feriantur, eandem sententiam protulerint, ipsam tamquam contra sedis apostolice indulta prolatam duximus irritandam, nec littere ille firmitatem habeant, quas tacito nomine Cisterciensis ordinis et contra tenorem apostolicorum privilegiorum constiterit impetrari. Preterea cum commune interdictum terre fuerit, liceat vobis nichilominus in vestro monasterio, exclusis excommunicatis et interdictis, divina officia celebrare. Paci quoque et tranquillitati vestre paterna in posterum sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarumstrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere, vel interficere, seu violenciam audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a predecessoribus

III

nostris Romanis pontificibus ordini vestro concessas, nec non libertates et exemptiones secularium exactionum, a regibus et principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernacione ac sustentacione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita, nisi reatum suum congrua satisfacione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei, domini redemptoris nostri Ihesu Christi, aliena fiat atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Ihesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

Datum Laterani^b per manum magistri Guidonis, domini pape notarii, VII. idus Maii, indictione XII., incarnationis dominice anno M^o. CC^o XXIII^o., pontificatus vero domni Honorii pape III. anno octavo.

—

Nach einer von dem kaiserlichen Notar Michael Schlaich beglaubigten Abschrift aus dem 15. Jahrhundert auf S. 242 ff. der *Copial-Sammlung des Klosters Rottenmünster*. Dieselbe Bulle ist auch in Abschriften von anderer Hand aus demselben Jahrhundert auf S. 12 ff. und S. 93 ff. in unverändertem Text ohne ausdrücklich beigefügte Beglaubigung in der gleichen Handschrift vorhanden.

Vgl. als Ergänzung der guten Abschrift nach dem Original in Rottweil, insbesondere hinsichtlich der Unterschriften des Papstes und der Kardinäle, das Urkundenbuch der Stadt Rottweil, bearb. von Heinrich Günter, Stuttgart 1896 (Württembergische Geschichtsquellen, 3), Bd. 1, S. 4, Nr. 17.

^bEs steht *Lateranen* mit Abkürzungsstrich über *en*. Die erste der anderen Abschriften liest *Laterane*, die zweite abgekürzt *Lateran*.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Stadtarchiv Rottweil

Signatur/Titel des Originals:

II.A., 1. Abt. Lade VI, Fasc. 1 Nr. 5

Überlieferung und Textkritik:

Original. Die beglaubigte Abschrift des kaiserlichen Notars Michael Schlaich aus dem 15. Jh., die Grundlage für den Druck war, verbrannte 1944 durch Fliegerangriff, ebenso 2 weitere Abschriften: HStA Stuttgart H 14 Nr. 211, S. 242 ff. bzw. S. 12 ff. und S. 93 ff.

Editionen:

JOHANN CHRISTIAN LÜNIG: Das teutsche Reichs-Archiv, in welchem zu finden, 1. Desselben Grundgesetze und Ordnungen [...], II. Die merckwürdigsten Recesse, Concordata, Vergleiche, Verträge, Erb-Verbrüder- und Vereinigungen, Pacta und Bündnisse [...], III. J, Bd. 18, S. 297, Nr. 1 (ohne Zeitangabe und lückenhaft). Urkundenbuch der Stadt Rottweil, bearb. von Heinrich Günter, Stuttgart 1896 (Württembergische Geschichtsquellen, 3), Bd. 1, S. 4, Nr. 17.

Regesten:

Württembergische Geschichtsquellen 1 (1887) - 4 (1891); 2. Serie 1 (1894) - 25 (1956), Bd. 3, S. 4, Nr. 17 (mit Beschreibung Original). Pott-hast: Regesta pontificum, Bd. 1, S. 625, Nr. 7240. TILMANN SCHMIDT: Die Originale der Papsturkunden in Baden-Württemberg: 1198-1417, 2 Bde., Vatikan 1993 (Index actorum Romanorum pontificum ab Innocentio III ad Martinum V electum, 6,1-2), Bd. 1, S. 40, Nr. 82.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Lateran

Aussteller:

Honorius III.; Papst

Ortsindex:

Rom, Latium, Italien
 Rottenmünster Wohnplatz (12415)
 Rottenmünster, Rottweil, RW